Eſto circuli portio ſemicirculo minor ABC, & contingant ipſam ad terminos baſis rectæ AD, CD, quæ conveniant in puncto D. Dico Portionem ABC minorem eſſe duabus tertiis trianguli ADC. Ducatur enim EF quæ portionem contingat in vertice B, & inſcribatur ipſi triangulum maximum ABC. Quum igitur triangulum EDF majus ſit dimidio trianguli ABC *. manifeſtum eſt ab illo partem abſcindi poſſe, ita ut reliquum tamen majus ſit dimidio dicti ABC trianguli. Sit igitur hoc pacto abſciſſum triangulum EDG. Et ducantur porro rectæ HI, KL, quæ portiones reliquas AMB, BNC in verticibus ſuis contingant, ipſiſque portionibus triangula maxima inſcribantur. Idemque prorſus circa reliquas portiones fieri intelligatur, donec tandem portiones reſiduæ ſimul minores ſint quam duplum trianguli EDG. Erit igitur inſcripta portioni figura quædam rectilinea, atque alia circumſcripta. Et quoniam triangulum EGF majus eſt dimidio trianguli ABC; & rurſus triangula HEI, KFL, majora quam dimidia triangulorum AMB, BNC; idque eadem ſemper ratione in reliquis locum habet, ut triangula ſuper portionem verticibus conſtituta, eorum quæ intra portiones ipſas deſcripta ſunt, majora ſint quam ſubdupla: apparet triangula omnia extra portionem poſita etiam abſque triangulo EGD majora ſimul eſſe quam dimidia triangulorum omnium intra portionem deſcriptorum. Atqui ſegmentorum in portione reliquorum triangulum quoque EGD majus eſt quam ſubduplum. Ergo triangulum EDF ſimul cum reliquis triangulis, quæ ſunt extra portionem, majus erit dimidio portionis totius ABC. Quare multo magis ſpatium à rectis AD, DC & arcu ABC comprehenſum majus erit portionis ABC dimidio. Ac proinde triangulum ADC majus quam portionis ABC ſeſquialterum. Quod erat demonſtrandum.

*per 2. huj.




[Fig. 4.]

Théor. V. Prop. V.

Tout cercle eſt plus grand qu'un polygone à côtés égaux, qui lui eſt inſcrit, plus le tiers de la quantité dont ce polygone en ſurpaſſe un autre polygone inſcrit d'un nombre de côtés réduit à la moitié [5]).

Soit un cercle à centre C; et que lui ſoit inſcrit un polygone équilatéral, dont un des côtés ſoit AB. Et ſoit inſcrit de même un autre polygone, dont AB ſous-tend les deux côtés AD, DB. Ce dernier polygone eſt alors plus grand que le premier. Suppoſons que le tiers de l'excès ſoit égal à l'eſpace H. Je dis que le cercle eſt plus grand que le polygone ADB avec l'eſpace H. Traçons en effet à partir du centre les droites CA, CB. Comme alors le ſegment de cercle ADB eſt plus grand que les quatre tiers du triangle ADB qui lui eſt inſcrit*, les ſegments AD, DB feront enſemble plus grands que le tiers du triangle ADB. Pour cette raiſon auſſi le ſecteur CAB ſera plus grand que la ſomme du quadrilatère CADB et du tiers du triangle ADB. Mais, comme le ſecteur CAB au cercle entier, ainſi le quadrilatère CDBA eſt au polygone ADB, et ainſi auſſi le tiers du triangle ADB au tiers de l'excès du polygone ADB ſur le polygone AB. Il eſt donc clair qu' auſſi tout le cercle eſt plus grand que le polygone ADB augmenté du tiers de la quantité dont le polygone ADB ſurpaſſe le polygone AB, c'eſt-à-dire augmenté de l'eſpace H. Ce qu'il fallait démontrer.

* *d'après 3. ici.*



[Fig. 5.]

---

[5]) Soit donc s_n l'aire du polygone à n côtés, inscrit dans un cercle dont le rayon est égal à l'unité; on a alors d'après le théorème présent:

$$\pi > s_{2n} + \tfrac{1}{3}(s_{2n} - s_n).$$

Introduisant ensuite, au lieu des aires des polygones leurs périmètres p, on trouve à l'aide de la relation $s_{2n} = \frac{1}{2} p_n$, la formule:

$$2\pi > p_{2n} + \tfrac{1}{3}(p_{2n} - p_n),$$

Theor. V. Prop. V.

Omnis circulus major eſt polygono æqualium laterum ſibi inſcripto & triente exceſſus quo id polygonum ſuperat aliud inſcriptum ſubduplo laterum numero [5]).

Eſto circulus centro C [Fig. 5]; ſitque ipſi inſcriptum polygonum æqualium laterum, quorum unum ſit AB. Atque alterum item polygonum ſit inſcriptum, cujus bina latera AD, DB, ſubtendat AB. Hoc igitur priore polygono majus eſt. Sit autem exceſſus trienti æquale H ſpatium. Dico circulum majorem eſſe polygono ADB una cum ſpatio H. Ducantur enim ex centro rectæ CA, CB. Quoniam igitur portio circuli ADB major eſt quam ſeſquitertia trianguli ADB ſibi inſcripti*; erunt portiones AD, DB, ſimul majores triente trianguli ADB. *per.3.huj.* Quamobrem & ſector CAB major erit utriſque ſimul quadrilatero CADB & triente trianguli ADB. Sicut autem ſector CAB ad circulum totum, ita eſt quadrilaterum CDBA ad polygonum ADB, & ita quoque triens trianguli ADB ad trientem exceſſus polygoni ADB ſupra polygonum AB. Ergo manifeſtum eſt circulum quoque totum majorem fore polygono ADB unà cum triente exceſſus quo polygonum ADB ſuperat polygonum AB, hoc eſt, unà cum ſpatio H. Quod erat demonſtrandum.

---

qu'on peut comparer à la suite que nous avons déduite dans la note 7, p. 94 du Tome présent. On voit d'ailleurs qu' ici et dans le théorème suivant Huygens a atteint, pour ainsi dire d'un seul coup, une approximation qu'on ne pourrait certainement améliorer sans la rendre plus compliquée, et qui est du même ordre que celle, bien moins simple, de Snellius, que nous avons mentionnée dans la note 8, p. 95.

Théor. VI. Prop. VI.

Tout cercle eſt plus petit que les deux tiers du polygone à côtés égaux qui lui eſt circonſcrit, plus le tiers du polygone ſemblable inſcrit[6].

Soit donné un cercle dont le centre eſt A, et inſcrivons-y un polygone équilatéral, dont un des côtés ſoit BC; et circonſcrivons-y un autre ſemblable FEG, dont les côtés touchent le cercle aux ſommets des angles du premier polygone. Je dis que le cercle eſt plus petit que les deux tiers du polygone FEG, augmentés du tiers du polygone BC. Menons en effet à partir du centre les droites AB, AC. Comme alors le triangle BEC repoſe ſur la baſe du ſegment BDC et que ſes côtés touchent le ſegment, ce ſegment ſera moindre que les deux tiers du triangle
** d'après 4. ici.* BEC *. Ainſi lorſqu'on ajoute au triangle ABC deux tiers du triangle BEC, c'eſt-à-dire, deux tiers de l'excès du quadrilatère ABEC ſur le triangle ABC, l'eſpace formé par les deux ſera plus grand que le ſecteur de cercle ABC. Mais il revient au même, que l'on ajoute au triangle ABC les deux tiers du dit excès, ou que l'on ajoute les deux tiers du quadrilatère ABEC, et que l'on enlève par contre les deux tiers du triangle ABC: mais par ceci on obtient les deux tiers du quadrilatère ABEC avec le tiers du triangle ABC. Il paraît donc que le ſecteur ABC eſt moindre que les deux tiers du quadrilatère ABEC augmentés du tiers du triangle ABC. Par conſéquent, tout étant pris autant de fois que le ſecteur ABC eſt contenu dans le cercle, le cercle tout entier ſera plus petit que les deux tiers du polygone circonſcrit FEG et le tiers de l'inſcrit BC. Ce qu'il fallait démontrer.

---

[6]) On a donc

$$\pi < \tfrac{2}{3} S_n + \tfrac{1}{3} s_n,$$

où S_n et s_n représentent les aires des polygones circonscrit et inscrit au cercle dont le rayon est l'unité.

On en déduit aisément, en employant les relations $S_n = \frac{1}{2} P_{2n}$ et $s_{2n} = \frac{1}{2} p_n$,

$$2\pi < \tfrac{2}{3} P_{2n} + \tfrac{1}{3} p_n,$$

où P_n et p_n désignent respectivement les périmètres des mêmes polygones.


Ensuite, afin de pouvoir comparer cette formule à la suite (1) de la note 7, p. 94, nous

THEOR. VI. PROP. VI.

Omnis circulus minor eſt duabus tertiis polygoni æqualium laterum ſibi circumſcripti & triente polygoni ſimilis inſcripti [6]).

Eſto circulus cujus centrum A, & inſcribatur ipſi polygonum lateribus æqualibus, quorum unum ſit BC; & aliud ſimile circumſcribatur FEG, cujus latera circulum contingant ad occurſum angulorum polygoni prioris. Dico circulum minorem eſſe duabus tertiis polygoni FEG ſimul cum triente polygoni BC. Ducantur namque ex centro rectæ AB, AC. Igitur quoniam ſuper baſi portionis BDC conſiſtit triangulum BEC, cujus latera portionem contingunt, erit ipſa minor duabus tertiis trianguli BEC*. Itaque ſi triangulo ABC addantur duæ tertiæ trianguli BEC, hoc eſt, duæ tertiæ exceſſus quadrilateri ABEC ſupra triangulum ABC, ex utriſque compoſitum ſpatium majus erit ſectore circuli ABC. Idem eſt autem, ſive triangulo ABC addantur duæ tertiæ exceſſus dicti, ſive addantur duæ tertiæ quadrilateri ABEC, contraque auferantur duæ tertiæ trianguli ABC: hinc autem fiunt duæ tertiæ quadrilateri ABEC cum triente trianguli ABC. Ergo apparet ſectorem ABC minorem eſſe duabus tertiis quadrilateri ABEC & triente trianguli ABC. Quare ſumptis omnibus quoties ſector ABC circulo continetur, totus quoque circulus minor erit duabus tertiis polygoni circumſcripti FEG & triente inſcripti BC. Quod erat oſtendendum.

*per. 4. huj.



[Fig. 6.]

---

remplaçons P_{2n} par p_{2n}^2: $p_n = p_{2n} + (p_{2n} - p_n) . \frac{p_{2n}}{p_n} = p_{2n} + (p_{2n} - p_n) \left\{ 1 + \frac{p_{2n} - p_n}{p_n} \right\} =$
$= p_{2n} + (p_{2n} - p_n) + \frac{(p_{2n} - p_n)^2}{p_{2n}} . \frac{p_{2n}}{p_n} = p_{2n} + (p_{2n} - p_n) + \frac{(p_{2n} - p_n)^2}{p_{2n}} + \frac{(p_{2n} - p_n)^3}{p_n p_{2n}}$.

De cette façon on arrive à la formule

$$2\pi < p_{2n} + \tfrac{1}{3}(p_{2n} - p_n) + \tfrac{2}{3}\frac{(p_{2n} - p_n)^2}{p_{2n}} + \left[\tfrac{2}{3}\frac{(p_{2n} - p_n)^3}{p_n p_{2n}} \right],$$

mentionnée dans la note 22, p. 98 et qui montre que l'approximation est du même ordre que celle qui est obtenue par le théorème précédent, dont celui-ci forme la contrepartie.

Théor. VII. Prop. VII.

Toute circonférence de cercle est plus grande que le périmètre du polygone à côtés égaux qui lui est inscrit, plus le tiers de la quantité dont ce même périmètre surpasse le périmètre d'un autre polygone inscrit duquel le nombre des côtés est la moitié [7]).

Soit donné un cercle AB, à centre O, auquel est inscrit un polygone equilatéral ACD, et un autre, d'un nombre de côtés double AECBDF. Soit encore la droite GI égale au périmètre du polygone AECBDF, tandis que GH soit égale au périmètre du polygone ACD. La différence des deux périmètres est ainsi HI, dont le tiers IK soit ajouté à GI même. Je dis que la circonférence du cercle AB est plus grande que la droite GK entière. Inscrivons, en effet, au cercle un troisième polygone équilatère ALEMC, qui ait un nombre de côtés deux fois plus grand que le polygone AECBDF. Et sur les lignes GH, HI, IK construisons des triangles dont le sommet commun soit N, et la hauteur égale au demi-diamètre du cercle AB. Alors, puisque la base GH est égale au périmètre du polygone ACD, le triangle GNH sera égal au polygone qui a deux fois autant de côtés, c'est-à-dire, au polygone AECBDF. C'est ce qui paraît, quand on a tracé du centre les droites OA et OE, dont la dernière coupe AC en P. Car le triangle AEO est égal à un triangle ayant comme base AP et comme hauteur le rayon OE. Mais, la quantième partie le triangle AEO est du polygone AECBDF, la même partie est la droite AP du périmètre ACD. Ainsi le polygone AECBDF sera égal au triangle dont la base est égale au périmètre ACD, et la hauteur au rayon EO; c'est-à-dire au triangle GNH. Pour la même raison, puisque la base GI est égale au périmètre du polygone AECBDF et que la hauteur du triangle GNI est égale au rayon du cercle, le triangle GNI sera égal au polygone ALEMC. Par suite, le triangle HNI est égal à l'excès du polygone ALEMC sur le polygone AECBDF. Mais le triangle INK est par construction le tiers du triangle HNI. Il sera donc égal au tiers du dit excès. Ainsi tout le triangle GNK sera moindre que le cercle AB*. Mais la hauteur du triangle est égale au demi-diamètre du cercle. Il est donc évident que la droite GK est moindre que toute la circonférence du cercle. Ce qu'il fallait démontrer.

* *d'après 5. ici.*

Par là il est clair que, si des quatre tiers des côtés d'un polygone inscrit au cercle on retranche le tiers des côtés d'un autre polygone inscrit, d'un nombre de côtés égal à la moitié, le reste est plus petit que la circonférence. Car il revient au même, soit qu'on ajoute au plus grand périmètre $\frac{1}{3}$ de la quantité dont il surpasse


---

7) Voir la seconde formule de la note 5.

Theor. VII. Prop. VII.

Omnis circuli circumferentia major eſt perimetro polygoni æqualium laterum ſibi inſcripti, & triente exceſſus quo perimeter eadem ſuperat perimetrum alterius polygoni inſcripti ſubduplo laterum numero [7]).

Eſto circulus AB, centro O, cui inſcribatur polygonum æquilaterum ACD, atque alterum duplo laterum numero AECBDF. Sitque recta GI æqualis perimetro polygoni AECBDF, GH vero æqualis perimetro polygoni ACD. Exceſſus igitur perimetrorum eſt HI; cujus triens IK adjiciatur ipſi GI. Dico totâ GK majorem eſſe circuli AB circumferentiam. Inſcribatur enim circulo tertium polygonum æquilaterum ALEMC, quod ſit duplo numero laterum polygoni



[Fig. 7.]


AECBDF. Et ſuper lineis GH, HI, IK, triangula conſtituantur quorum communis vertex N, altitudo autem æqualis ſemidiametro circuli AB. Igitur quoniam GH baſis æqualis eſt perimetro polygoni ACD, erit triangulum GNH æquale polygono cui bis totidem ſunt latera, hoc eſt, polygono AECBDF. Hoc enim patet, ductis ex centro rectis OA & OE, quarum hæc ſecet AC in P. Nam triangulum quidem AEO æquale eſt triangulo baſin habenti AP & altitudinem radii OE. Quanta autem pars eſt triangulum AEO polygoni AECBDF, eadem eſt recta AP perimetri ACD. Itaque polygonum AECBDF æquabitur triangulo cujus baſis æqualis perimetro ACD, altitudo autem radio EO: hoc eſt, triangulo GNH. Eâdem ratione, quoniam baſis GI eſt æqualis polygoni AECBDF perimetro, & altitudo trianguli GNI æqualis radio circuli, erit triangulum GNI æquale polygono ALEMC. Itaque triangulum HNI æquale exceſſui polygoni ALEMC ſupra polygonum AECBDF. Trianguli autem HNI ſubtriplum eſt ex conſtr. triangulum INK. Ergo hoc æquale erit dicti exceſſus trienti. Quare totum trian

le plus petit périmètre, foit qu'on ajoute $\frac{1}{3}$ du plus grand périmètre et que par contre on enlève $\frac{1}{3}$ du plus petit périmètre. Mais par là on obtient les quatre tiers du plus grand périmètre moins le tiers du plus petit. Ainfi, lorfque de feize côtés du dodécagone inferit on déduit deux côtés de l'hexagone inferit, c'eft-à-dire le diamètre du cercle, la longueur reftante fera moindre que la circonférence du cercle, ou bien, fi l'on retranche le rayon de huit côtés du dodécagone, le refte fera moindre que la moitié de la circonférence. Or, ceci eft utile pour une conftruction mécanique, parce que la différence eft petite, ainfi que je le montrerai plus loin [8]).

Il eft clair auffi que, pour tout arc qui eft moindre que la demi-circonférence, fi à la corde fous-tendue on ajoute le tiers de la quantité dont la corde excède le finus, la ligne compofée eft plus petite que l'arc.

Théor. VIII. Prop. VIII.

Un cercle étant donné, fi à l'extrémité du diamètre on mène une tangente, et que l'on tire auffi de l'extrémité opposée du diamètre une droite qui coupe la circonférence et rencontre la tangente menée: les deux tiers de la tangente interceptée avec le tiers de la droite qui, à partir du point d'interfection, tombe à angles droits fur le diamètre, feront enfemble plus grands que l'arc découpé adjacent [9]).



[Fig. 8.]

Soit donné un cercle de centre A et à diamètre BC; et foit menée à partir de C une droite CD qui touche le cercle: fuppofons qu'il y aboutiffe une droite BD, tirée à partir de l'autre extrémité du diamètre, et qu'elle coupe la circonférence en E: et foit EF perpendiculaire au diamètre BC. Je dis que les deux tiers de la tangente interceptée CD, enfemble avec le tiers de cette droite EF, font plus grands que l'arc EC. Joignons en effet AE, EC; et menons une tangente au cercle au point E, qui rencontre la tangente CD en G. Ainfi GE fera égal à GC, et auffi à DG; car fi avec G comme centre on décrit une circonférence qui paffe par les points C, E, elle paffera auffi par le point D, puifque l'angle CED eft droit. Or nous avons montré ci-deffus, que les deux tiers du quadrilatère AEGC,
*d'après 6. ici. enfemble avec le tiers du triangle AEC, font plus grands que le fecteur AEC *. Et le quadrilatère AEGC eft égal au triangle ayant comme bafe le double de CG,

[8]) Voir le „Problema II. Prop. XI", p. 143 du Tome présent.

[9]) Le but de ce théorème est surtout de préparer celui qui suit. Toutefois il est clair qu'il mène plus directement au suivant: *Toute circonférence de cercle est plus petite que les deux tiers du*

gulum GNK minus erit circulo AB*. Altitudo autem trianguli æqualis eſt circuli ſemidiametro. Ergo evidens eſt rectam GK totâ circuli circumferentiâ minorem eſſe. Quod erat oſtendendum. *per.5.huj.

Hinc manifeſtum eſt, ſi à ſeſquitertio laterum polygoni circulo inſcripti auferatur triens laterum polygoni alterius inſcripti ſubduplo laterum numero, reliquum circumferentiâ minus eſſe. Idem enim eſt, ſive perimetro majori addatur $\frac{1}{3}$ exceſſus quo ipſa ſuperat perimetrum minorem, ſive addatur $\frac{1}{3}$ perimetri majoris contraque auferatur $\frac{1}{3}$ perimetri minoris. Hinc autem fit ſeſquitertium majoris perimetri minùs triente minoris. Quare ſi à ſexdecim inſcripti dodecagoni lateribus duo latera inſcripti hexagoni, hoc eſt, diameter circuli deducatur, reliqua circuli circumferentiâ minor erit aut ſi ab octo dodecagoni lateribus radius deducatur, reliqua minor erit circumferentiæ ſemiſſe. Hoc autem ad conſtructionem mechanicam utile eſt, quoniam exigua eſt differentia, ſicut poſtea oſtendetur [8]).

Manifeſtum etiam, in omni arcu qui ſemicircumferentiâ minor ſit, ſi ad ſubtenſam addatur triens exceſſus quo ſubtenſa ſinum ſuperat, compoſitam arcu minorem eſſe.

Theor. VIII. Prop. VIII.

Circulo dato, ſi ad diametri terminum contingens ducatur, ducatur autem & ab oppoſito diametri termino quæ circumferentiam ſecet occurratque tangenti ductæ: erunt interceptæ tangentis duæ tertiæ cum triente ejus quæ ab interſectionis puncto diametro ad angulos rectos incidet, ſimul arcu abſciſſo adjacente majores [9]).

Eſto circulus [Fig. 8] centro A, diametro BC; & ducatur ex C recta quæ circulum contingat CD: huic autem occurrat ducta ab altero diametri termino recta BD, quæ circumferentiam ſecet in E: ſitque EF diametro BC ad angulos rectos. Dico tangentis interceptæ CD duas tertias ſimul cum triente ipſius EF, arcu EC majores eſſe. Jungantur enim AE, EC; & ducatur tangens circulum in E puncto, quæ tangenti CD occurrat in G. Erit igitur GE ipſi GC æqualis, itemque DG; nam ſi centro G circumferentia deſcribatur quæ tranſeat per puncta C, E, eadem tranſibit quoque per D punctum, quoniam angulus CED rectus eſt. Oſtenſum autem fuit ſuprà, duas tertias quadrilateri AEGC unà cum triente trianguli AEC ſimul majores eſſe ſectore AEC*. Eſtque quadrilaterum AEGC æquale triangulo *per.6.huj. baſin habenti duplam CG, hoc eſt, CD: & altitudinem CA, triangulum verò

---

périmètre d'un polygone à côtés égaux, qui lui est circonscrit, plus le tiers du périmètre du poiygone inscrit dont le nombre des côtés est la moitié.

Mais il est probable que ce théorème, qu'on trouve exprimé par la seconde formule de la note 6 et qui est donc l'équivalent du „Theor. VI", a été considéré par Huygens comme moins élégant et moins pratique que le „Theor. IX", qu'il fait suivre, et dont, de plus, l'approximation est un peu meilleure.

c'eſt-à-dire, CD, et comme hauteur CA: mais le triangle AEC eſt égal au triangle ayant une baſe égale à cette EF et la dite hauteur AC. Ainſi il eſt clair que les deux tiers du quadrilatère AEGC, augmentés du tiers du triangle AEC, ſont égaux au triangle qui a pour baſe une droite compoſée des deux tiers de CD et du tiers de EF, et dont la hauteur eſt le rayon AC. C'eſt pourquoi auſſi le triangle ſera plus grand que le ſecteur AEC. Il réſulte de là que ſa baſe, c'eſt-à-dire, la droite formée des deux tiers de CD et du tiers de EF, eſt plus grande que l'arc CE. Ce qu'il fallait démontrer.

Théor. IX. Prop. IX.

Toute circonférence de cercle eſt plus petite que les deux tiers du périmètre d'un polygone à côtés égaux qui lui eſt inſcrit plus le tiers du périmètre du polygone ſemblable circonſcrit [10]).

Soit donné un cercle dont le centre eſt A; et inſcrivons-y un polygone équilatéral, dont le côté eſt CD: et circonſcrivons-y un autre ſemblable, à côtés parallèles à ceux du premier, deſquels un ſoit EF. Je dis que la circonférence de tout le cercle eſt plus petite que les deux tiers du contour du polygone CD plus le tiers du contour du polygone EF. Menons en effet le diamètre du cercle BG, qui diviſe à la fois au milieu le côté CD du polygone inſcrit en H et le côté EF du circonſcrit en G (car évidemment G eſt le point de contact du côté EF). Et prenons HL égal à HG et joignons AC, BC et prolongeons-les; et ſuppoſons que BC rencontre le côté EF en K, tandis que la droite AC prolongée atteint en E l'angle du polygone circonſcrit. Puiſque ainſi HL eſt égal à HG, BL ſera le double de AH: et par conſéquent comme GA à AH ainſi GB eſt à BL. Mais le rapport de HB à BL eſt plus grand que celui de GB à BH; puiſque les trois lignes GB, HB, LB s'excèdent mutuellement de la même quantité. Et ainſi le rapport de GB à BL, c'eſt-à-dire, de GA à AH, ſera plus grand que le

---

[10]) A l'aide des notations de la note 6, p. 130, le théorème s'exprime par la formule:

$$2\pi < \tfrac{1}{3} P_n + \tfrac{2}{3} p_n,$$

qu'on peut écrire:

$$2\pi < \tfrac{1}{3} P_{2n} + \tfrac{2}{3} p_{2n} = p_{2n} + \tfrac{1}{3}(p_{2n} - p_n) + \tfrac{1}{3}\frac{(p_{2n} - p_n)^2}{p_{2n}} + \left[\tfrac{1}{3}\frac{(p_{2n} - p_n)^3}{p_n\, p_{2n}}\right].$$

Pour arriver à ce théorème, en partant de celui que nous avons énoncé dans la note précédente, il suffira de prouver qu'on a:

$$\tfrac{1}{3} P_n + \tfrac{2}{3} p_n > \tfrac{2}{3} P_{2n} + \tfrac{1}{3} p_n,$$


ou bien, en introduisant les côtés A_n et a_n des polygones circonscrits et inscrits,

$$\tfrac{1}{3} A_n + \tfrac{2}{3} a_n > \tfrac{4}{3} A_{2n} + \tfrac{1}{3} a_n,$$

AEC æquale triangulo baſin ipſi EF æqualem habenti & altitudinem dictam AC. Itaque apparet duas tertias quadrilateri AEGC ſimul cum triente trianguli AEC æquari triangulo qui baſin habeat compoſitam ex duabus tertiis CD & triente EF, altitudinum verò radii AC. Quare ejusmodi quoque triangulum majus erit ſectore AEC. Unde liquet baſin ipſius, hoc eſt, compoſitam ex duabus tertiis ipſius CD & triente ipſius EF, majorem eſſe arcu CE. Quod erat demonſtrandum.

Theor. IX. Prop. IX.

Omnis circuli circumferentia minor eſt duabus tertiis perimetri polygoni æqualium laterum ſibi inſcripti & triente perimetri polygoni ſimilis circumſcripti [10]).



[Fig. 9.]

Eſto Circulus cujus A centrum; & inſcribatur ei polygonum æquilaterum, cujus latus CD: ſimileque aliud circumſcribatur lateribus ad priora parallelis, quorum unum ſit EF. Dico circuli totius circumferentiam minorem eſſe duabus tertiis ambitus polygoni CD & triente ambitus polygoni EF. Ducatur namque diameter circuli BG, quæ ſimul inſcripti polygoni latus CD medium dividat in H, & circumſcripti latus EF in G, (conſtat autem G fore punctum contactus lateris EF,) Et ponatur HL æqualis ipſi HG, & jungantur AC, BC & producantur, occurratque BC lateri EF in K, producta autem AC incidet in E angulum polygoni circumſcripti. Quoniam igitur HL æqualis HG, erit BL dupla ipſius AH: Ideoque ut GA ad AL, ita GB ad BL. Major autem eſt ratio HB ad BL, quam GB ad BH; quoniam hæ tres ſeſe æqualiter excedunt GB, HB, LB. Itaque major erit ratio GB ad BL, hoc eſt, GA ad AH, quam duplicata rationis GB ad BH. Sicut autem GA ad

c'est-à-dire, $A_n + a_n > 4\,A_{2n}$, ou enfin (voir la figure 9) EG + CH > 2 KG; puisque EG $= \frac{1}{2} A_n$; CH $= \frac{1}{2} a_n$; KG = DC de la fig. 8 $= A_{2n}$.

C'est là, en effet, le but des considérations géométriques qui vont suivre, et qui auraient pu être beaucoup abrégées à l'aide de la remarque que nous ferons dans la note 11.

carré du rapport de GB à BH. Or, comme GA à AH, ainſi EG eſt à CH; et comme GB à BH, ainſi KG eſt à CH. Par conſéquent, le rapport de EG à CH ſera plus grand que le carré de celui de KG à CH. Pour cette raiſon le rapport de EG à KG eſt plus grand que celui de KG à CH. Par ſuite les deux lignes EG, CH ſont certainement enſemble plus grandes que le double de KG [11]). Et en prenant les tiers de toutes les lignes, les tiers des deux EG et CH feront enſemble plus grands que les deux tiers de KG. Pour cette raiſon, ſi l'on ajoute de part et d'autre le tiers de CH, le tiers de EG avec les deux tiers de CH ſera plus grand que les deux tiers de KG avec le tiers de CH. Mais l'arc CG eſt encore plus petit que ceux-ci *. Donc, les deux tiers de CH, enſemble avec le tiers de EG, ſont à plus forte raiſon plus grands que ce même arc CG. Si donc nous prenons toutes les grandeurs autant de fois que l'arc CG eſt contenu dans la circonférence entière, les deux tiers du périmètre du polygone CD, plus le tiers du périmètre du polygone EF, feront auſſi plus grands que la circonférence du cercle entier. Ce qu'il fallait démontrer.

** d'après ce qui précède.*

Ainſi donc, tout arc de circonférence plus petit qu'un quadrant eſt plus petit que les deux tiers de ſon ſinus plus le tiers de ſa tangente.

Problème I. Prop. X.

Trouver le rapport de la périphérie au diamètre, auſſi proche que l'on veut du vrai.

Archimède prouva [12]), par les polygones inſcrit et circonſcrit de 96 côtés, que le rapport de la périphérie au diamètre eſt moindre que le triple et un ſeptième, mais plus grande que $3\frac{10}{71}$. Mais nous allons démontrer ici la même choſe au moyen du dodécagone.


En effet, puiſque le côté du dodécagone inſcrit au cercle eſt plus grand que $5176\frac{3}{8}$ des parties dont le rayon en contient 10000: la ſomme de douze côtés, c'eſt-à-dire, le périmètre du dodécagone inſcrit, ſera de même plus grand que $62116\frac{1}{2}$: mais le périmètre de l'hexagone inſcrit eſt le ſextuple du rayon, et ſe compoſe par conſéquent de 60000 parties. Ainſi donc le périmètre du dodécagone excède le périmètre de l'hexagone de plus que $2116\frac{1}{2}$ parties. Le tiers de l'excès ſera donc plus grand que $705\frac{1}{2}$. De ſorte que le périmètre du dodécagone, enſemble avec le tiers de la quantité dont il excède le périmètre de l'hexagone, ſera plus grand que la ſomme de $62116\frac{1}{2}$ et $705\frac{1}{2}$ parties, c'eſt-à-dire, que 62822 parties. Et par conſéquent la périphérie du cercle ſera à plus forte raiſon plus grande que cela *. Mais le rapport de 62822 à 20000, la longueur du diamètre, eſt plus

** d'après 7. ici.*

[11]) Ce résultat aurait pu être atteint bien plus facilement en abaissant une perpendiculaire CM sur EG. Alors CK est la bissectrice de l'angle ECM et on a par suite EK > KM, c'est-à-dire: $EG - KG > KG - CH$; donc $EG + CH > 2\,KG$.

[12]) Au lieu cité dans la note 1, p. 93 du Tome présent.

AH, ita eſt EG ad CH; & ſicut GB ad BH, ita KG ad CH. Ergo major erit ratio EG ad CH, quàm duplicata ejus, quam habet KG ad CH. Quare major ratio EG ad KG, quam KG ad CH. Ideoque duæ ſimul EG, CH omnino majores duplâ KG [11]). Et ſumptis omnium trientibus, erunt trientes utriuſque EG & CH ſimul majores duabus tertiis KG. Quamobrem addito utrimque ipſius CH triente, erit triens EG cum duabus tertiis CH, major duabus tertiis KG cum triente CH. Hiſce verò minor etiam eſt arcus CG *. Igitur duæ tertiæ CH ſimul cum triente ipſius EG majores omnino ſunt eodem arcu CG. Unde ſumptis omnibus toties quoties arcus CG circumferentiâ totâ continetur, erunt quoque duæ tertiæ perimetri polygoni CD, cum triente perimetri polygoni EF, majores circuli totius circumferentiâ. Quod fuerat oſtendendum. * *per præced.*



[Fig. 9.]

Omnis igitur circumferentiæ arcus quadrante minor, minor eſt ſinus ſui beſſe & tangentis triente.

Problema I. Prop. X.

Peripheriæ ad diametrum rationem invenire quamlibet veræ propinquam.

Minorem eſſe peripheriæ ad diametrum rationem quam triplam ſeſquiſeptimam: majorem verò quam $3\frac{10}{71}$, Archimedes oſtendit [12]) inſcripto circumſcriptoque 96 laterum polygono. Idem verò hic per dodecagona demonſtrabimus.

Quia enim latus inſcripti circulo dodecagoni majus eſt partibus $5176\frac{3}{8}$, qualium radius continet 10000: duodecim latera proinde, hoc eſt, perimeter inſcripti dodecagoni major erit quam $62116\frac{1}{2}$: perimeter autem hexagoni inſcripti eſt radii ſextupla, ideoque partium 60000. Igitur dodecagoni perimeter perimetrum hexagoni excedit ampliùs quam partibus $2116\frac{1}{2}$. Quare triens exceſſus major erit quam $705\frac{1}{2}$. Igitur dodecagoni perimeter unà cum triente exceſſus, quo perimetrum hexagoni ſuperat, major erit aggregato partium $62116\frac{1}{2}$ & $705\frac{1}{2}$, hoc eſt, partibus 62822. Atque hiſce proinde omninò major erit circuli peripheria*. Eſt autem major ratio 62822 ad 20000, longitudinem diametri, * *per. 7. huj.*

grand que celui de $3\frac{10}{71}$ à 1. Le rapport de la périphérie au diamètre sera donc à plus forte raison aussi plus grand.

D'autre part, puisque le côté du dodécagone inscrit est plus petit que $5176\frac{2}{5}$ parties, huit côtés, c'est-à-dire $\frac{2}{3}$ du périmètre, feront moindres que $41411\frac{1}{5}$. De même, puisque le côté du dodécagone circonscrit est plus petit que 5359, quatre côtés, c'est-à-dire, le tiers du périmètre, feront moindres que 21436. Pour cette raison, $\frac{2}{3}$ du périmètre du dodécagone inscrit plus le tiers du périmètre du circonscrit feront moindres que $62847\frac{1}{5}$. Mais la circonférence de cercle est aussi plus petite que cette somme*. Cette circonférence sera donc à plus forte raison au diamètre dans un rapport moindre que $62847\frac{1}{5}$ à 20000; et bien moindre par conséquent que $62857\frac{1}{7}$ à 20000, ce qui est le triple et un septième. Et ainsi sont démontrées les limites du rapport de la périphérie au diamètre qu' Archimède établit. Mais nous les démontrerons dans la suite [13]) en nous servant du côté du seul triangle équilatéral inscrit. Ensuite, pour trouver un rapport plus approché il faudra considérer des polygones d'un plus grand nombre de côtés. Ainsi figurons nous que nous ayons circonscrit au cercle un polygone de 60 côtés et que nous en ayons inscrit un autre. Et qu'en outre soit inscrit un polygone d'un nombre de côtés égal à la moitié, savoir celui de trente côtés.

* *d'après 9. ici.*

Or, on trouve que le côté du polygone à soixante côtés inscrit est plus grand que 10467191 parties dont le rayon en contient 100000000 et le côté du polygone à trente côtés plus petit que 20905693 parties: dont la moitié $10452846\frac{1}{2}$ est le sinus de l'arc égal à $\frac{1}{60}$ de la circonférence. Mais la corde sous-tendue était 10467191. Donc la différence est $14344\frac{1}{2}$, moindre que la vraie: et le tiers de la différence est $4781\frac{1}{2}$, ce qui, ajouté à la sous-tendue 10467191, fait $10471972\frac{1}{2}$. De sorte que l'arc de $\frac{1}{60}$ de la circonférence est plus grand que ce nombre de parties. Mais en le comptant 60 fois on obtient 628318350. Par conséquent la circonférence entière est à plus forte raison plus grande que ce nombre de parties.

Et puis, comme le côté du polygone inscrit à 60 angles est plus petit que 10467192, les deux tiers de celui-ci feront moindres que 6978128. Mais comme le côté du polygone circonscrit de 60 angles est plus petit que 10481556, le tiers de celui-ci sera plus petit que 3493852. Ce qui ajouté à 6978128 fait 10471980. Ce nombre de parties surpasse donc certainement $\frac{1}{60}$ de la circonférence, et le soixantuple de celles-là, c'est-à-dire, 628318800, sera plus grand que la circonférence toute entière. Mais employons encore des polygones de 10800 côtés, dont d'une part le côté de l'inscrit, qui est sous-tendu par un arc de deux minutes, a été trouvé, d'après le calcul de Ludolphe de Cologne, un arithméticien distingué, se composer de 58177640912684919 parties et pas une de plus, tandis que le côté du polygone circonscrit est de 58177643374063182 parties et pas une de moins. Et en outre le côté du polygone inscrit dont le nombre des côtés est la moitié, est de 116355276902613523 parties et pas une de moins [14]). On déduit de

quam $3\frac{10}{71}$ ad 1. Ergo omnino etiam peripheriæ ad diametrum ratio major erit.

Rurſus quoniam latus dodecagoni inſcripti minus eſt partibus $5176\frac{2}{5}$. Erunt octo latera, hoc eſt, $\frac{2}{3}$ perimetri minora quam $41411\frac{1}{5}$. Item quia latus dodecagoni circumſcripti minus eſt quam 5359, erunt quatuor latera, hoc eſt, triens perimetri minor quam 21436. Quamobrem $\frac{2}{3}$ perimetri dodecagoni inſcripti cum triente perimetri circumſcripti minores erunt quam $62847\frac{1}{5}$. Sed iſtis ſimul minor etiam eſt circuli circumferentia *. Ergo hæc ad diametrum omnino minorem habebit rationem, quam $62847\frac{1}{5}$ ad 20000; & multo minorem proinde, quam $62857\frac{1}{7}$ ad 20000, hoc eſt, quam triplam ſeſquiſeptimam. Demonſtrati itaque ſunt termini Rationis peripheriæ ad diametrum, quos Archimedes ſtatuit. Eoſdem verò poſtmodum ſolius inſcripti trigoni æquilateri latere indagato comprobabimus [13]). Porrò ut propinquior inveniatur ratio plurium laterum polygona conſideranda ſunt. Intelligatur igitur circumſcriptum circulo polygonum aliudque inſcriptum laterum 60. Et præter hæc ſubduplo numero laterum inſcriptum, nempe trigintangulum.

*per. 9. huj.

Et invenitur quidem latus inſcripti ſexagintanguli majus partibus 10467191, qualium radius 100000000 & latus trigintanguli minus quam 20905693: cujus dimidium $10452846\frac{1}{2}$ eſt ſinus arcus æquantis $\frac{1}{60}$ circumferentiæ. Subtenſa autem erat 10467191. Ergo differentia $14344\frac{1}{2}$ minor verâ: & triens differentiæ $4781\frac{1}{2}$, qui additus ad ſubtenſam 10467191 facit $10471972\frac{1}{2}$. Quibus itaque major eſt arcus $\frac{1}{60}$ circumferentiæ. Ductis autem $10471972\frac{1}{2}$ ſexagies ſiunt 628318350. Hiſce igitur partibus omnino major eſt circumferentia tota.

Rurſus quoniam latus inſcripti 60 anguli minus eſt quam 10467192, erunt duæ tertiæ ipſius minores quam 6978128. Circumſcripti autem 60 anguli latus cum ſit minus quam 10481556, erit triens ipſius minor quam 3493852. Quibus additis ad 6978128, ſiunt 10471980. Hæ igitur omnino excedunt $\frac{1}{60}$ circumferentiæ, & ſexagecuplum ipſarum, hoc eſt 628318800 majus erit circumſerentiâ totâ. Quod ſi verò polygona adhibeamus laterum 10800, quorum inſcripti quidem latus, calculo Ludolphi Colonienſis, Arithmetici nobilis, inventum eſt partium 5817764091268491 non unâ amplius, ſubtenditurque duobus ſcrup. primis; circumſcripti autem latus 5817764337406318 non unâ minus. Prætereaque latus polygoni ſubduplo laterum numero inſcripti, quod eſt 11635527690261352 non unâ minus [14]). Hinc peripheriæ longitudo invenitur major quam partium

[13]) Voir le „Problema IV. Propos. XX", p. 173.

[14]) Les côtés des polygones de 10800 et 5400 côtés, c'est-à-dire, les cordes des arcs de 2′ et de 4′, Huygens pouvait les emprunter à une petite table des cordes de 1′ à 12′ qui les donne avec encore quatre chiffres en plus et qu'on trouve au folio 21 de l'ouvrage de Ludolphe de Cologne, mentionné en premier lieu dans la note 3, p. 93 du Tome présent.

Le côté du polygone circonscrit devait être calculé par la formule $A_n = 2a_n r : \sqrt{4r^2 - a_n^2}$; mais ce calcul était beaucoup simplifié par ce que la table en question contient aussi les cordes complémentaires, c'est-à-dire, les valeurs de $\sqrt{4r^2 - a_n^2}$. Ainsi, pour trouver A_{10800}, Huygens n'avait qu' à multiplier a_{10800} par la fraction: $\frac{20000000000000000000\ldots}{1999999915384050 65\ldots}$.

là que la longueur de la périphérie eſt plus grande que 6283185307179584 parties et plus petite que 6283185307179589, dont le rayon en a 1000000000000000. Or, par la méthode habituelle de l'addition des côtés de ces polygones inſcrit et circonſcrit on trouverait ſeulement que la périphérie eſt plus grande que 62831852 parties, et plus petite que 62831855. On voit donc que nous avons trouvé un nombre de chiffres vrais plus grand que le double. Mais il en eſt de même auſſi dans ce qui précède, et doit toujours arriver quel que ſoit le nombre de côtés des polygones dont nous faiſons uſage. Et par les propoſitions que nous donnerons dans la ſuite, on verra qu'on peut facilement obtenir un nombre de chiffres trois fois plus grand [15]).

Problème II. Prop. XI.

Prendre une droite égale à la périphérie d'un cercle donné.

Nous avons montré ci-deſſus [16]) que huit côtés du dodécagone inſcrit, diminués du rayon du cercle, ſont plus petits que la demi-périphérie. Mais dans une conſtruction, la différence ne peut pas être aperçue dans la plupart des cas. Car ſi l'on ajoute la quatre-millième partie du diamètre à la longueur ainſi trouvée, elle dépaſſera déjà la demi-périphérie. C'eſt ce que l'on reconnaît comme il ſuit. Des parties dont le rayon en a 10000, le côté du dodécagone inſcrit dans le cercle en contient plus que $5176\frac{3}{8}$. De ſorte que huit côtés ſont plus grands que 41411, et retranchant le rayon 10000, le reſte ſera plus grand que 31411; ſi l'on ajoute à cela 5 parties, ce qui eſt $\frac{1}{4000}$ du diamètre, on trouve déjà 31416; et il réſulte de ce qui précède que la moitié de la circonférence eſt plus petite que ce nombre de parties. Or, le côté du dodécagone inſcrit s'obtient facilement, puiſque le rayon ſous-tend un ſextant de la périphérie. Et ce rapport eſt plus précis que ſi nous faiſons uſage du triple et un ſeptième. Car ſuivant ce dernier rapport la longueur dépaſſe la $\frac{1}{2}$ [17]) périphérie de plus de $\frac{1}{1000}$ du diamètre.

---

[15]) Soit k le nombre des chiffres fourni par la méthode d'Archimède, appliquée aux polygones de $2n$ côtés, alors, en posant le rayon du cercle égal à l'unité, on aura:

$$P_{2n} - p_{2n} = \frac{p_{2n}^2}{p_n} - p_{2n} = \frac{p_{2n}}{p_n}(p_{2n} - p_n) = a\ 10^{-k+1},\ \text{où}\ a < 1;$$

donc, certainement:

$$p_{2n} - p_n < a\ 10^{-k+1}.$$

Or, la différence des limites respectives, données par les Théorèmes VII et IX est égale à

$$\frac{1}{3}\ \frac{(p_{2n} - p_n)^2}{p_n}.$$

Elle sera donc plus petite que $\frac{10}{3p_n}a^2 10^{-2k+1}$.

On connaîtra donc, *généralement parlant*, le nombre 2π, à l'aide de ces limites, jusqu'en $2k$

62831853071795 84; minor autem quam 62831853071795 89, qualium radius 10000000000000000. Solitâ autem methodo ex additis inſcripti circumſcriptique polygoni iſtius lateribus, invenietur tantùm majorem eſſe peripheriam partibus 62831852, & minorem 62831855. Patet igitur notarum verarum ampliùs quam duplum numerum eſſe à nobis inventum. Hoc autem & in præcedentibus ita ſe habet, ſemperque evenire neceſſe eſt quotcunque laterum polygonis utamur. At per ea, quae poſtea trademus, triplum numerum notarum facilè obteneri apparebit [15]).

Problema II. Prop. XI.

Rectam ſumere peripheriæ dati circuli æqualem.

Oſtenſum eſt ſuperius [16]), quod octo inſcripti dodecagoni latera dempto circuli radio minora ſunt peripheriâ dimidiâ. In conſtructione autem ut plurimum defectus animadverti nequit. Nam ſi quatermilleſima diametri pars accedat longitudini ſic inventæ, jam dimidiam peripheriam excedet. Quod ſic fiet manifeſtum. Quarum partium radius eſt 10000, earum latus dodecagoni inſcripti circulo eſt amplius quam $5176\frac{3}{8}$. Unde latera octo majora quam 41411. & dempto radio 10000, erit reliqua major quam 31411. cui ſi addantur partes 5, hoc eſt, $\frac{1}{4000}$ diametri, fient jam 31416; quibus minorem eſſe circumferentiam dimidiam liquet ex præcedentibus. Latus autem dodecagoni inſcripti facilè invenitur, quia radius peripheriæ ſextantem ſubtendit. Eſtque hæc ratio accuratior quam ſi triplâ ſeſquiſeptimâ utamur. Nam ſecundùm eam excedetur $\frac{1}{2}$ [17]) peripheriæ longitudo ampliùs quam $\frac{1}{1000}$ diametri.

---

chiffres au moins; mais comme a^2 sera souvent considérablement moins que l'unité, le nombre des chiffres connus pourra excéder facilement le nombre $2k$ d'une et quelquefois de deux unités, et de plus encore.

Plus loin, au „Problema IV", Huygens emploie des limites dont la différence est à peu près égale à $\left(\frac{2}{25}-\frac{22}{675}\right)(p_{2n}-p_n)^3 : 4\pi^2 = \frac{8}{675\pi^2}(p_{2n}-p_n)^3 < \frac{32}{27\pi^2}\, a^3\, 10^{-3k+1}$ et on trouvera donc alors, *en général*, $3k$ chiffres et plus, au moyen de ces nouvelles limites.

L'assertion de Huygens est donc juste, si l'on excepte les cas très spéciaux où une légère différence excerce une influence anormale sur le nombre des chiffres connus.

Nous ne savons pas, d'ailleurs, précisément comment Huygens y est parvenu; mais il semble probable qu'en cherchant la différence des limites, il a remarqué qu'elle dépendait respectivement du carré et du cube de l'expression $p_{2n}-p_n$; ce qui, de plus, a pu lui suggérer la comparaison avec le nombre des chiffres du carré et du cube d'un nombre donné, laquelle on rencontre dans la préface à la p. 117 du Tome présent.

[16]) Voir l'avant-dernier alinéa de la démonstration du „Theor. VII. Prop. VII", p. 135.

[17]) Le nombre $\frac{1}{2}$ a été interpolé à la plume dans l'exemplaire de Huygens, que nous possédons.

Autrement.

Soit donné un cercle dont BC eſt le diamètre. Diviſons la demi-circonférence BC en deux parties égales au point D, et le reſte en trois parties égales en E et F. Et joignons DE, DF, qui coupent le diamètre en G et H. Alors l'un des côtés du triangle GDH, ajouté à la baſe GH, ſera un tout petit peu plus grand que le quadrant BD, et ne le dépaſſera même pas de $\frac{1}{5000}$ du diamètre BC. Il faut ſavoir, en effet, que DG ou DH ſont égaux á deux côtés du dodécagone inſerit [18]), tandis que GH eſt égal au côté du dodécagone circonſcrit [19]). D'où il réſulte que la ſomme de DG et GH eſt plus grande que le quadrant BD. Car, comme d'après la Prop. 8 [20]) huit côtés du dodécagone inſcrit dans le cercle avec quatre côtés du circonſcrit ſont plus grands que la périphérie toute entière, pour cette raiſon, en prenant la quatrième partie du tout, deux côtés de l'inſerit avec un ſeul côté du circonſerit ſeront auſſi plus grands que le quart de la périphérie. Enſuite, puiſque le côté du dodécagone inſerit eſt plus petit que 51764 parties dont BC en a 200000, deux côtés, c'eſt-à-dire GD, ſeront moindres que 103528. Mais le côté du dodécagone circonſcrit eſt plus petit que 53590 parties, donc auſſi la droite GH. Par conſéquent les droites DG et GH réunies ſont moins que 157118. Mais, d'après ce qui précède, on ſait que le quadrant BD eſt plus grand que 157079. La différence eſt donc plus petite que 39 parties, alors que 40 ne font que $\frac{1}{5000}$ du diamètre BC.

Autrement [21]).

Ajoutons à trois demi-diamètres $\frac{1}{10}$ du côté du carré inſcrit; la droite ainſi composée égalera la demi-circonférence de ſi près, qu'elle n'eſt pas plus courte que $\frac{1}{18000}$ [22]) du diamètre. Le côté du carré eſt plus grand que 141421 parties dont le rayon en a 100000, d'où ce qui vient d'être dit ſe démontre aiſément.

Ou plutôt on ajoutera à ſix demi-diamètres $\frac{1}{5}$ du côté ſusdit du carré inſcrit, pour avoir une droite égale à la périphérie totale.

---


[18]) Puisque l'angle EDF égale 30°, on a $\frac{1}{2}$ DH $= \frac{1}{2}r : \cos 15° = r \sin 30° : \cos 15° = 2r \sin 15° = a_{12}$.

[19]) Soit M le centre du cercle, alors, puisque EDF est 30°, il est évident que GH est un des côtés du dodécagone circonscrit à un cercle dont le rayon égale DM et dont D est le centre.

[20]) Lisez 9.

Aliter.

Esto datus circulus cujus BC diameter. Dividatur semicircumferentia BC bifariam in D. reliqua verò trifariam in E & F. Et jungantur DE, DF, quæ secent diametrum in G & H. Erit trianguli GDH latus alterum unà cum basi GH quadrante BD exiguo majus, neque enim excedet $\frac{1}{5000}$ diametri BC. Sciendum est enim fieri DG vel DH duobus inscripti dodecagoni lateribus æquales [18]. GH autem lateri dodecagoni circumscripti [19]. Unde quidem junctas DG & GH majores esse constat quadrante BD. Nam quia per 8. [20] huj. octo latera dodecagoni circulo inscripti cum quatuor lateribus circumscripti majora sunt peripheriâ totâ, ideo sumptâ omnium quartâ parte erunt quoque duo latera inscripti cum latere uno circumscripti majora peripheriæ quadrante. Porro quoniam latus inscripti dodecagoni minus est quam partium 51764 qualium BC 200000: erunt latera duo, hoc est, GD, minor quam 103528. Circumscripti autem dodecagoni latus minus est partibus 53590, ipsa nimirum GH. Itaque junctæ unà DG, GH efficiunt minus quam 157118. At quadrantem BD constat ex præcedentibus majorem esse quam 157079. Ergo differentia minor est quam partium 39, cum 40 demum efficiant $\frac{1}{5000}$ diametri BC.



[Fig. 10.]

Aliter [21]).

Tribus semidiametris addatur $\frac{1}{10}$ lateris inscripti quadrati; composita semicircumferentiæ æquabitur tam propè, ut non $\frac{1}{18000}$ [22]) diametri brevior sit. Latus quadrati est majus quam partium 141421 qualium radius 100000, unde quod dictum est facile demonstratur.

Vel potius sex semidiametris addatur $\frac{1}{5}$ dicti lateris quadrati inscripti ut habeatur recta æqualis peripheriæ toti.

---

[21]) Tout ce second „Aliter" ne se trouvait pas dans le texte; Huygens l'a ajouté à la plume dans son exemplaire à une date qui nous est inconnue.

[22]) Lisez $\frac{1}{11000}$. La différence est sensiblement la $\frac{1}{11700}$ième partie du diamètre.

Problème III. Prop. XII.

Prendre une droite égale à un arc donné quelconque.

Soit donné un arc de circonférence CD, d'abord plus petit qu'un quadrant, dont il s'agiſſe de trouver une droite qui lui eſt égale. Diviſons l'arc CD en deux parties égales en E, et ſuppoſons que la droite FG ſoit égale à la corde ſous-tendue CD. Et ſoit FH égale à la ſomme des deux cordes CE, ED, qui ſous-tendent les moitiés des arcs. Et à cette FH ajoutons HI, le tiers de l'excès GH. La droite entière FI ſera preſque égale à l'arc CD: de manière que, en y ajoutant une petite partie, dont elle en contient 1200, elle ſera plus grande, même ſi l'arc CD eſt donné égal à un quadrant. Mais dans les arcs plus petits la différence ſera plus petite. Car ſi l'arc donné n'eſt pas plus grand que le ſextant de la périphérie, la ligne trouvée différera moins de $\frac{1}{6000}$ de ſa grandeur de la vraie longueur de l'arc. Or, que les droites trouvées de cette façon ſont plus petites que les arcs, cela réſulte du théorème 7 de cet ouvrage. Mais nous allons démontrer ce qui en eſt de la grandeur de la différence.


Ainſi, poſant d'abord l'arc CD égal à un quadrant de la périphérie, la droite CD, ou FG, ſera le côté du carré inſcrit dans le cercle, et plus petit par conſéquent que 141422 parties, dont le rayon du cercle en a 100000. Mais CE ou ED eſt le côté de l'octogone inſcrit, et par ſuite plus grande que 76536. Mais FH eſt égale au double de ED. Cette droite eſt donc ſupérieure à 153072. De ſorte que l'excès GH eſt plus grand que 11650. Et le tiers HI de cet excès eſt plus grand que 3883. Par conſéquent la droite FI toute entière eſt ſupérieure à 156955. Mais l'arc CD, étant ſuppoſé égal à un quadrant, eſt plus petit que 157080. La droite FI s'écarte donc de cet arc de moins de 125 parties, dont elle en a elle-même 156955. Cela fait donc moins que $\frac{1}{1200}$ de la droite FI elle-même.

Mais ſi l'arc CD eſt un ſextant de la périphérie, la droite CD, ou FG, eſt le côté de l'hexagone inſcrit, et ſe compoſe donc de 10000 parties, et CE ou ED eſt le côté du dodécagone, et eſt donc plus grand que $5176\frac{3}{8}$, dont le double FH eſt ſupérieur à $10352\frac{3}{4}$. Il s'enſuit que GH eſt plus grande que $352\frac{3}{4}$, et HI plus grande que $117\frac{7}{12}$. De ſorte que la droite FI toute entière eſt plus grande que $10470\frac{1}{3}$. Mais l'arc CD, un ſextant de la périphérie, eſt plus petit que 10472. Il manque donc à la ligne FI un nombre de ces mêmes parties plus petit que $1\frac{2}{3}$. Ce qui ne fait pas $\frac{1}{6000}$ de FI. Enſuite, ſi l'on donne un arc plus grand qu'un quadrant, on le diviſera en 4 parties égales, ou en 6, ou en un nombre plus grand encore, ſuivant que nous voulons faire uſage d'une dimenſion plus préciſe; mais en nombre pair: et à l'enſemble des cordes qui ſous-tendent ces parties on ajoutera le tiers de la quantité dont elles ſurpaſſent la ſomme de celles qui ſous-tendent des arcs doubles. De cette manière, en effet, on compoſera la longueur de l'arc entier.

PROBLEMA III. PROP. XII.

Dato arcui cuicunque rectam æqualem sumere.

Esto datus circumferentiæ arcus CD, primùm quadrante minor, cui rectam æqualem sumere oporteat. Dividatur arcus CD bifariam in E, sitque subtensæ CD æqualis recta FG. Duabus verò CE, ED, quæ subtendunt arcus dimidios, æqualis FH. Et ipsi FH jungatur HI triens excessus GH. Erit tota FI arcui CD æqualis ferè: adeò ut unâ sui particulâ, qualium 1200 continet, aucta, major futura sit, etiamsi arcus CD quadranti æqualis detur. In minoribus autem arcubus minor erit differentia. Nam si fuerit datus non major peripheriæ sextante, linea inventa minus quam $\frac{1}{6000}$ sui parte à vera arcus longitudine deficiet. Et minores quidem esse arcubus rectas eo modo inventas constat ex Theoremata 7. huj. De quantitate autem differentiæ est ostendendum.



[Fig. 11.]

